

cit potentiam in brachio suo. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA XIV.

*Ostenditur Dei Genitricis conceptionem minime esse regulandam, aut metiendam eadem mensura, qua reliquorum omnium conceptio regulatur, in eadem Davidica verba: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus (Psal.45).*

Deus optimus maximus omnipotentiae suae magnitudinem, ac supremum omnium dominum mundo ostendendi gratia, consulto per multa operari voluit supra totum ordinem naturae, et communem legem gratiae, ut non obscure inde omnibus innotesceret, tanquam supremum legislatorum, ac naturae, et gratiae conditorem, eius leges, ac iura, prout sibi libuisset, solvere, ac impune irrumperere posse. Solum quidem, et lunae a principio creationis mundi haec eis noscitur imposita, et promulgata lex, ut incessanter circulari tramite moverentur; in quo valde discriminantur ab aliis planetis stationariis, et retrogradis, ut astrologorum more loquar; Dei tamen mandato sol, et luna steterunt (Iosue 10) : *Et sol decem diebus retrocessit, in signum longioris vitae (4. Reg.20)*, quam Deus Ezechiae concedebat. Contra naturae cursum est, animalia articulata vocem emittere, ut philosophi testantur: nam *vox est sonus ab ore animalis prolatus, certis quibusdam naturae instrumentis efformatus, cuius imaginatione aliquid significandi, quod soli homini competere potest; nihiloscium tamen animam Balaam verba illa protulisse legitur (Num. 22): Quid feci tibi, cur percussus me? Deinde quis unquam vidit ex serpente fieri virginem, et ex virga serpentem, prout contigit Moysi qui et aquas in sanguinis naturam convertit (Exod. 4), et fuenta maris, velut in duos muros divisit (Exod. 14), dum filii Israel in terram promissionis proficiscerentur. Quis quaequo unquam audivit aquas Marath amaras, immisso ligno, alioquin amaro, ut multi putant, dulces factas fuisse (Exod. 15)? Ex lapide erupisse maximam aquarum copiam inauditum sane est; sed dum Moyses virga percussit his silicem, ex eo largissima fluxerunt aquae (Num. 20). Quis hominem, vel foeminam in salem converti vidit? neque enim natura hominis ea dispositione pollet, ut tam facile in salem substantiam converti possit: sacra autem Scriptura (Gen. 19) refert uxorem Loth in salem repente conversam, eo quod contra Dei mandatum Sodoman aspexisset. Quid, rogo, debilius, et infirmius sono? et tamen claugentibus tubis, et militibus vociferantibus muri fortissimi Iericho corruerunt (Iosue 6). Et quid magis contra ignis naturam, quam proximam materiam recte dispositam non comburere? et tamen in ardente fornacem missi Sidrach, Misach, et Abdenago (Daniel. c.3), factus est veluti ventus roris, neque eos tetigit ignis, nec quidquam molestiae intulit. Leonum natura vorax, et superba est: dum autem Daniel (c.6) in lacum leonum de-*

trusus fuit, propriam voracitatem, ac feritatem deponentes, quasi agni miles erga illum se habuerunt. His alia non minus prodigiosa subiungo. Paulus ait (Heb. 9): *Status est hominibus semel mori; et tamen Lazarus, et alii suscitati, bis mortui sunt (Joann. 11)*. David vitae nostrae periodum brevem adeo esse testatur, ut dicat (Psal. 89): *Dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus octoginta, et amplius eorum labor, et dolor: videmus tamen Enoch, et Eliam, qui cum nullo ante Christum fuerint, adhuc superstitis esse, immo et erunt usque ad tempus antichristi, ut constat ex Malachia (c.4), Ecclesiastico (c. 44.43), et multis aliis locis. Quid plura? Nonne a Deo lex illa condita fuit, ut dum homo vitam hanc mortalem ageret, videre ipsum minime possit? Non videtur me homo, et vivet (Eccl. 33); et illud: *Deum nemo vidit unquam (Joann. 1)*. Ab hac autem regula generali excipiuntur Moyses, et Paulus, quos ad tempus mortalitate indutos, divinum vidisse essentiam gravissimi docent doctores cum doctore Thoma (p.p.). Ad eundem ergo modum non obstante universali illa lege, qua salutum est, ut omnes filii Adae per naturalem propagationem generati, peccatum originale contrahant, ut verba d. Pauli (ad Rom. 5) indicant: *Omnes in Adam peccaverunt*; ab hac tamen communi lege omnipotentia Dei Matrem suam excipere dignata est: in instanti enim conceptionis, in quo, iuxta legem latam, originalis macula ingressa debebat, impedita fuit per infusionem gratiae, quae peccatum nullum abstulit, sed vituit, ne inesset. Sicut ergo Deus dispensavit cum Virgine in lege illa universali (Gen. 3): *In dolore paries filios, ut clare docet Isaias, dicens (c. 66): Antequam parturiret, peperit; id est, absque dolore, ut communi consensu explicant ibi Patres; et sicut dispensavit cum ea in lege illa (Gen. 3): Pulvis es, et in pulvere revertaris, integrum servans eius corpus absque ulla corruptione; et sicut etiam, impugnatioribus immaculate conceptionis non dissentientibus, ab ea lege Deus eam exemit, de qua Paulus (ad Gal. 5), *Caro enim concepti aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*: nam, ut docet d. Thomas (3. p. q. 27. art. 3), rabidus canis fomitis peccati ligatus fuit a principio suae sanctificationis, vel, ut aliis placet, penitus extinctus; et sicut, non obstante regula illa universali sacrae Scripturae (2. Paral. 6. Iacob. 3): *Non est homo, qui non peccet: et in multis offendimus omnes*, ab hac lege exceptit Deus B. Virginem, ut docet concilium Claromontanum sub Urbano II. celebratum; et Tridentinum sess. 6. can. 23; ita Christus Dominus eadem ratione, immo potiori iure dispensavit cum eadem, ne grave illud peccati originalis iugum subsisteret: nam cum illud magis cohaerent animam, quam veniale, ut fides catholica docet; illud enim mors animae est, hoc non; illud odium, et inimicitiam Dei inducit, hoc vero non; consequens est, Christum Dominum, qui Genitricem suam a macula veniali praeservavit, etiam et ab originali eandem praeservavit, et praeservasse. Unde conceptionem Deiparae Mariae minime regulandam esse repraesentat**

ea, quae secundum communem legem in omni filiorum Adae conceptione contingunt: nam, sicut olim, alia erat vulgaris mensura, alia sanctuarii, ut constat ex Levitico (c. 27); ita quoque diversa debet esse mensura, qua sanctissimae Virginis, id est divini sanctuarii, et animalis tabernaculi Dei res metimur, a mensura illa, quam reliquis omnibus filiis Adae adhibemus: ibi enim dicitur: *Omnia aestimatio siclosanctuarii ponderabitur*. Recte reliquorum omnium mensura est pondus illud Davidicum (Psal. 50): *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea: et illud (Iob 25): Nemo mundus a sorde, neque infans unius diei: sanctuarii tamen Dei, id est Deiparae Mariae, non est haec mensura, non est hoc pondus, sed illud (Psal. 44): Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ipse creavit eam in Spiritu sancto (Eccl. 1)*. Necon illud Cantecorum 3: *Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii? quem locum ita Pagninus legit: Quasi columna fumi: Complutensis lectio, quasi truncus fumi; Valabius, et nonnulli alii, quasi palmae fumigantes*. Certe angeli cum praeviderant primos parentes in amoenissimo paradiso iustitia originali praemunitos, et angelos in coelo empirio gratiae decore exornatos, misere, ac turpiter fuisse coinguinatos, merito nunc mirantur, quod ex impuro, ac faetido deserto mundi huius ascendat beata Virgo omni virtutum odoramento flagrans; et ideo exclamant (Cant. 3): *Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris? quem locum ut exponamus, observandum est, quod teste Ciceroe lib. 1. de officiis, virgula appellari solebat decurum fatalis, quae omnia bona, fortunas, opes, honores, pulchritudinem, et salutem conferebat: Mercurio autem antiqui virgam tribuebant soporiferam, qua animos mortalium, in quam partem vellet, flecebat. Homerus tamen Palladi dedit auream virgam, qua Ulysses ex se ne deformi in pulchrum convertit iuvenem. Haec quidem omnia antiquorum sunt somnia, et figmenta: at Spiritus sanctus non fecte, sed veracissime vocat beatam Virginem virgulam: est enim ipsa virgula illa, quae, ut libro Numerorum 17 legitur, in tabernaculo testimonii sola subito germinavit, et gemmis coepit turgescere, et quibus confestim frondes erupere, et flores, qui mox dulcissimos fructus produxerunt. Quod autem illi, virgulam hanc fuisse fumi ex variis aromatibus, et speciebus compositam, virtutum, ac donorum varietatem mirum odorem exhalantium, quibus exornata in sua conceptione prodiit Deipara Maria, significat. Nec mysterio vacat, quod inter illas species aromaticas primo loco enumeret myrrham, quia, cum illa sit a corruptione praeservativa, ideo ad significandum primum donum Virgini collatum in sua conceptione fuisse gratiam praeservantem a corruptione peccati originalis, primo loco myrrham commemoravit.*

Solent peritissimi agriculatores, ut arbor fructum odoriferum producat, perforata eius radice suavissimum odoris muschum, aut simi-

lem aliam speciem aromaticam ei immittere.

Nemo sane est mortalium, qui infelix planta non fuerit propter peccati originalis vermem, qui illum corrosit: Adem enim omnes suos fructus amaris, et faetidus producit ad quod David respiciens ait (Ps. 50): *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum*. Verum coelestis ille agriculor, de quo Christus Dominus dixit (Joann. 11): *Pater meus agricola est*, ad radicem huius arboris, hoc est, ad conceptionem B. Virginis apposuit praeservandam divinae gratiae muschum, ut postmodum produceret pretiosum illum, ac odoriferum fructum, Christum Dominum, cuius odorem participantis fideles cum d. Paulo dicunt (2. Cor. 2): *Christi bonus odor sumus*.

Ad haec Fabritius Dateranus in aureo illo suo libello cuiusdam Iacynthi meminit, qui ex una parte effligem Caesaris laurea redimiti, ex alia vero virgineum sub umbra palmae confinebat, quae manu dextera scorpionem tenens, et turribus coronata super leonem sedebat. Ferunt veteres, illos hac imagine describere voluisse Africanam, quam magiam matrem vocabant; sed revera subscriptio illa: *Tu ne cedo malis*, non apte ei congruebat, quae multis malis cessi; raptus tamen beatae Virgini convenit: nam si respicias Mariam praegnantem, videbis splendidissimum iacynthum, non effligem Caesaris, sed aeterni Patris expressam figuram in se continentem, ut loquitur Paulus (Hebr. 1): *Figura substantiae eius; intusberis etiam castissimam Virginem, cuius statura, ut ait Salomon, assimilata est palmae: insedit etiam super leonem, dominans diabolum; immo et pedibus eum conculeans, iuxta illud (Psal. 90): *Conculeabis leonem, et draconem*. Quod si illa scorpionem manu tenebat, B. Virgo serpentem manu potentiae suae ita compescuit, ut voce Domini idi allestante, caput eius contunderet (Gen. 3): *Ipsa conteret caput tuum*. Inter sanctos quidem nonnulli daemones pedes, alii corpus, alii faciem percaerunt: pedes percutunt, qui in calce vitae, velut bonus latro, convertuntur: corpus verberant, et acriter pungunt, quod excellentissimum est, a pueritia, velut d. Thomas, Deo consecrati, absque peccato mortali vitae curriculum peragunt: faciem percutunt, gravitroque lacerant, quod rarius evenit, qui in visceribus maternis, velut Ioannes Baptistas (Luc. 1), latentes, prius sancti sancti, quam in lucem editi. At beatissima Virgo potentiam omnibus ob gratiam praeservantem a peccato originali iaculum suum contra antiquum serpentem proiciens, non manus, non corpus, non faciem leviter percussit, sed caput eius gloriose comminuit, peccatum originale, quod reliquorum peccatorum caput esse noscitur, fortiter a primordiis suae conceptionis contentens: hanc enim victoriam soli illi reservaverat, qui praedixit (Gen. 3): *Ipsa conteret caput tuum*.*

Quod tandem Virgo illa turribus laureata, ac redimita describeretur, non incongrue B. Virgini adaptari posse video, cuius immaculata conceptionem tot urbes, tot provinciae, ac tot regna unanimi consensu, et alacri animo, probant, colunt, atque suscipiunt. Quae, cum ita se habeant, indicent quaequo, quam longe,

ni fallor, a veritate absint, qui b. Virginem originali, aut veniali lae aliquid maculata dicere audent; meminereque id, quod olim configit in aedificatione illius celeberrimi templi, in quo Deus inhabitare elegit. Narrat enim sacra Exodi (25. 26. et 27) historia, omnes filios Israel quos certam ex bonis suis pretiosiora quaecumque habebant, ad templi fabricam ei obtulisse: structo tamen iam, et fabricato templo, iussit David ab oblationibus cessare, quia nihil amplius iam desiderabatur, ut templum esset omnibus numeris absolutum: non secus accidit huic sacrosancto templo b. Virginis, de quo David (Ps. 64): Sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate. Quod, cum gravissimi Ecclesiae patres, Augustinus, Hieronymus, Athanasius, Cyrillus, Cyprianus, et plerique alii, quos suo loco referemus, adeo magna illi obtulerint munera, ut solus s. Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus oratione de Zona Virginis dixerit: *Omnia tua sunt admirabilia, o Deipara, omnia supra naturam, omnia ingentia, et cunctorum vires superantia.* Haeretici tamen huic sacro templo, id est b. Virginii impolluto Dei tabernaculo poenitentiam a peccatis venialibus tribuunt. Catholici etiam nonnulli offerunt eidem templo gratiam sanctificantem, et emundantem a praesentibus macula originali. At haeretici prohibent munus illud poenitentiae offerre, nam praeter d. Bernardum (de assumpt.) dicentem: *Ab innocentissimo eius corde poenitentia longe fuit, sacrosanctum Concil. Tridentinum (sess. 7. c. 23), dum veniale peccatum commissis negat, poenitentiam ab illa manifeste excludit: catholici vero quidam, etsi gratiae mundantis, et sanantis donum offerre huic templo non prohibeant, eorum tamen oblationem necessariam non iudicamus, cunctis fere iam fidelibus singulari cultu, ac religione ac summo applausu immaculatam Virginis conceptionem venerantibus. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

### HOMILIA XV.

*Persimile esse demonstramus b. Virginem paradiso voluptatis, quem Deus a principio condidit: ex qua similitudine immaculatae Virginis conceptio, ac mira eius excellentia singulari eruditione illustratur in illa verba Genesis (c. 2): Plantaverat autem Dominus Deus paradisi voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formaverat.*

Cum pergratum sit hoc argumentum, cuius tractationem nunc aggredi tento, mira enim est consonantia, ac proportio inter terrestrem paradisi voluptatis a Deo conditum, et beatissimam Virginem, hortum deliciarum Dei, oportet prius stabilire veritatem catholicam circa terrestrem illum paradisi, a gravissimis quibusdam doctoribus acriter laceratam: ut enim docuerunt d. Augustinus (lib. 13 de Civ. Dei c. 21), et d. Athanasius (lib. 7 in Examer.), prius

est statuendus literalis sensus, deinde spiritualis: unde angelicus Doctor dixit (p. p. q. 102, ar. 1): *In omnibus, quae sic Scriptura tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiae, et de super spirituales expositiones fabricatae.* Origenes quidem, et Philo Iudaeus assis fuere contra totam Patrum antiquitatem falso effluisse, paradisi narrationem mosaycam non historicam, sed mysticam esse; ita ut nullus unquam fuerit in terra corporeus paradisi, sed allegoricus tantum, et intellectualis: verba Originis sunt haec (in ca. 1. Gen.): *Quis vero ita idiotas invenitur, ut pulet velut hominem quandam agricolam Deum plantasse arbores in paradiso, in Eden contra orientem, et arborem vitae plantasse in eo, id est, lignum visibile, et palpabile, ita ut corporalibus dentibus manducans quis ex ea arbore, vitam percipiat, et rursus ex alia manducans arbore, boni, et mali scientiam capiat? sed et illud, quod Deus post meridiem deambulans dicitur in paradiso, et Adam latere sub arbore boni, et mali, epidem nullum arbitror dubitare, quod figurati tropo haec a Scriptura proferantur, quo per haec quaedam mystica indicantur.* Haec Origenes. Quibus persimilia sunt, quae Philo Iudaeus (de opif. mundi, et 1. lib. Allegor.) scribit: ubi recitata universa Moysis de paradiso sententia, haec subdit: *Haec potius symbolice, quam revera, et proprie videtur mihi Moses philosophatus, siquidem arborem vitae, et arborem cognoscendi bonum, nunquam, vel antea, vel post e terra pullulasse, sed videtur paradisi quidem innuere animi principatum, qui quasi infuiturum arborum, variorum opinionum est plenus. Per arborem autem vitae innuere pietatem, quae maxima est omnium virtutum, per quam anima efficitur immortalis. Arbor autem dignoscendorum bonorum, et malorum designat illi prudentiam in medio positam, quae naturas contraria dividit. Positis igitur his terminis in animo, tanquam iudex contemplatur, in quam se rapi partem permitteret. Ut vero aspexit, in seelus quidem inclinantem, pietatem, et sanctitatem, ex quibus immortalis efficitur vita, contemnentem proiecit, ut par erat, et fugavit e paradiso, ut ne spem quidem redeundi reliquam ei faceret, immedicabilem, et irreparabilem dans praevocantem animas. Ea enim deceptio occasio, vel excusatio fuit non mediocriter detestabilis. Verum hanc sententiam tanquam fidei catholicae dissonam acriter impugnant omnes antiqui Patres, Epiphanius (in Anchorat.) Hieronymus (in c. 10. Daniel), Augustinus (13. de civ. Dei c. 11), Theodoretus (q. 25. in Gen.), Ambrosius (lib. de Paradiso c. 1), s. Methodius (apud s. Epiph. har. 64), s. Thomas (q. 102. art. 1), et d. Chrysostomus, qui ad eius impugnationem egregiam his verbis indicavit rationem: Ideo Moyses describens paradisi, et nomen loci, in quo erat, scilicet Eden, et plagam orientalem, quam spectabat, et nomina fluminum et paradisi egredientium, fere omnia tam subtiliter, et accurate enarravit, ut non liceret magari volentibus decipere simpliciores, dicendo, nullum fuisse in terra paradisi, sed in caelo, et alias fabulas, suasque somnia iactando. Nam si, cum Moyses tantam in describendo paradiso diligentiam posuerit, nihilominus tamen fuere*

*nonnulli fabulantes, non fuisse super terram paradisi, multaque alia a doctrina Moysis alienissima inducentes, et verba eius aliorum, quam dicta sunt, detorquentes; quid futurum fuisset, si non tam minutim, tam dilucide, denique tam enucleate paradisi descripsisset? Haec ille. Quo iam praefato fundamento, narrationem illum mosaycam (Gen. 2), Plantaverat autem Dominus Deus paradisi voluptatis a principio, historicam esse, et mysticam, exordiamur quaeos allegoricum sensum ex illa erueret. Et quidem in primis, paradisi illum locum fuisse in Orientis partibus constitutum, auctor est d. Isidorus (lib. 14. Ethym. c. 13), necnon et d. Damascenus (lib. 3. orthod. fidei c. 11); unde Tertullianus cauit (lib. de Iud. Domin.):*

*Est locus Eois Domino dilectus in oris, Lux ubi clara nitens, spiratae salubrior aura, Aeternusque dies, atque immutabile tempus, Nox ibi nulla, suas defendunt astra tenebras.*

Hoc certe interest inter b. Virginem, et reliquos homines naturali propagatione ortos, quod illi concipiuntur ad occidentem caliginosum peccati originalis tenebris suis animam offuscantem; beatissima autem Virgo, instar paradisi, concepta, ac nata fuit ad orientem Solis iustitiae, divinae gratiae splendore eam irradiantis, qui a culpae originalis tenebris illi praeservavit: sicut enim paradisi a principio suae productionis luce clarissima illustratus fuit, et in ea usque in hodiernum diem perseverat, eaque fruuntur Enoch, Ecclesiastico dicente (Eccli. 44): *Enoch placuit Deo, et translatus est in paradisi;* sic et b. Virgo primam quam in sua conceptione divinae gratiae lucem accepit, eandem magis, ac magis auctam perpetuo conservavit: unde David (Ps. 88) ad id significandum comparat b. Virginis lucem orbium coelestium luci: *Ponam, inquit, thronum eius sicut dies coeli.* Alii quidem sancti, licet Dei throni fuerint, erant tamen sicut dies terrae, quos atra nox antecedit, et subsequitur: at immaculata Virgo fuit thronus sicut dies coeli, noctis expertus, nullam culpae originalis obscuritatem admittens; unde de illa melius, quam de throno Salomonis verificantur verba illa (Iosue 3): *Non est factum tale opus in universa terra.* Deinde, si verum est, ut verissimum esse arbitror, quod eruditissimus Philoxenus in eleganti illa oratione, quam de arbore vitae scriptam reliquit, tradit, super portionem illam terrestri paradisi, illum Dei maledictionem (Gen. 3), *Maledicta terra in opere tuo, spinas, et tribulos germinabit tibi, minime cecidisse:* sic enim ait de paradiso, et eius plantis verba faciens: *Neguaquam subiectae sunt excretioni, atque dantur: haec enim in eam modo terram pronuntiatas sunt, quae extra paradisi est, post violatam ab Adamo legem, ita ut ab ipsis paradisi maneret immunes; sicut in hanc usque diem quae immunes, liberque est, eoque delicatissimae, et speciosissimae arbores in ipso etiam carent. Id sane non peccare praefiguravit, commune illam occultare originalis maledictionem universam terram inficientem, beatam Virginem paradisi voluptatis Dei minime comprehensu-*

*ram, sicut de facto sacrosanctum concilium Tridentinum (sess. 5, de cr. de pecc. orig.) in decreto universali de peccato originali minime voluit illam comprehendere: Declarat, inquit, sancta Synodus, non esse sua intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam, et immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem: unde Abdias lib. 4. historiae refert d. Audream Apostolum dixisse, quod sicut terra non maledicta fuit, ex qua primus Adam formatus est (Gen. 1); ita b. Virgo terra fuit nunquam maledicta, ex qua secundus Adam conditus fuit. Atque hinc est, quod sicut, id attestante Tertulliano (de Iud. Dom. c. 8), in paradiso nunquam ab arboribus frondes defuebant, ut nostris accidit arboribus, e quibus tanquam superflua decidere solent non pauca folia; sic enim ait:*

*Virentes gravant uberina germina ramos, Nulla cadunt folia, et nullo ibi tempore desit.*

Quod et Ezechiel non obscure pronunciasse videtur, dum ait (Ezech. 47): *Orietur in ripis eius ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defuit folium ex eo: cui permisce est quod David dixit (Psal. 1): Et folium eius non defuit;* sic tanta fuit Virginis excellentia, ut nec ab eius ore otiosum verbum deflueret, haud ab interiori homine superfluum quidquam, aut supervacuum in exteriorum hominem redandaret. Narrat etiam gravissimi auctores, paradisi illum consitum fuisse in eminentissimo omnium totius orbis monte: huius aut s. Thomas (p. p. q. 102. art. 1), Magister sententiarum (2. dist. 17. c. 3), Alexander Alensis (2. p. q. 38. membro 1), Beda (de stat. tempor.), Rabbanus, et Strabo (in 2. Gen.), Abulensis (ibid. q. 9), immo Albertus Magnus 2. p. suae theologiae ait (tra. 13. q. 79): *Quo tamen dico sine praevudicio melioris sententiae, quia in quibusdam libris antiquioribus reperit, quod illius sententiae, quae attribuitur Bedae, et Straboni, primus auctor fuit Thomas Apostolus, quod scilicet Paradisi tanta altitudo sit, ut usque ad lunarem globum ascendat.* Haec ille. Sed quidquid sit de hac tanta illius loci sublimitate, illud tanquam certum pronunciat d. Basilus (in huius loci comment.), quod ob celsitudinem illius nulla erat in Paradiso immodica ventorum vis, nulla tempestatum procella, nullus hyemis horror, non veris nimia humiditas, non torrens aestatis ardor, non molesta autumnus scitias, sed temperata, et pacifica omnium temporum inter se consonantia gauderet: superabat namque Paradisi mediam acri regionem, unde praefata incommoda ori solent. Illud etiam tanquam rem indubitatum tradidit Lactantius Firmianus in carmine de Phoenice, aequarum altitudinem universam terram inundantem paradisi ob nimiam eius altitudinem minime attingisse:

*Et cum ditiviam mersisset fluctibus orbem Decaiones exsuperavit aquas,*

simile quidpiam de Olympo Thessaliae monte Socinus describit cap. 14. Olympus, inquit, primum excellenti vertice tantus altitior, ut sum-

ma eius coelum accolae vocent. *Ara est in cacumane loci dicata, cuius altarius, si qua de e- seis inferuntur, nec diffantur ventis, et spiritibus, sed volente altero anno, cutusmodi relicta fuerit, eiusmodi reperiuntur, et literae in cetera serie scriptae usque ad alteram anni caeremoniam permanent.* Quae omnia hinc nostro argumento mirum in modum congrunt: nam sicut inundatio illa universalis sublimem illum paradisi locum contingere non valuit; ita peccati originalis copiosissimus imber in omnes filios Aedae grassanti fluctu decidens, sacrum hunc beatissimae Virginis paradisi ob gratiae eius celsitudinem, ac dignitatis Matris Dei eminentiam, non solum inundare, sed nec perlingere potuit; adeo, ut non immerito Davidis verba et accommodare nobis liceat (*Psal. 31*): *Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt.* Et quemadmodum ob altitudinem paradisi ille imberis erat a fulgure, et grandine, et omni alia aeris inclementia; ita, quia super verticem sanctitatis omnium angelorum hic sacer paradisi Mariae conditus fuerat, ob hanc certe celsitudinem peccatorum actualium grandines, fulmina, et peregrinae impressiones quidquam nocentem ei afferre minime poterant. Ac tandem ad eum modum, quo ob eminentiam situs, cinis in cacumine montis Olympi semel relictus a nullo vento dissipari poterat, ad eundem etiam ob eminentiam sanctitatis Mariae, pulverem humilitatis, quem Spiritus sanctus in ea infudit, vanitatis, aut superbiae ventus dissipare, ac perdere nunquam valuit. Consonat his sententia d. Damasceni dicens (*lib. 2. de fide. c. 11*), in paradiso animalia rationis expertia minime fuisse; sic enim ait: *Divinus profecto locus paradisi, ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, incolatus, in quo nullum irrationalium habitabat.* Id quaeso quid aliud aptius adumbrare potuit, quam quod in hoc sacro immaculatae Mariae paradisi peccata ulla per animalia rationis expertia significata, cum peccatum sit a regula rationis deviatum, nunquam admittenda fuerunt? sicut etiam paradisi in eo valde excoluit omnes alios etiam regios hortos, quod isti priusquam horti pulchritudinem obtinerent, rudis, inculata, et impolita terra fuerant; ille autem nunquam non fuit paradisi, nunquam pulchritudine sua caruil, nunquam rudis, et agrestis terra exiit: non secus, quamvis reliqui omnes sancti horti sint, et paradisi voluptatis Dei, prius tamen fuerunt in principio suae formationis, et conceptionis, agrestis, et rudis terra, utpote peccati originalis ruditate deturpata: at h. Virgo a principio suae conceptionis fuit paradisi, atque adeo nunquam, nec per momentum, pulchritudine paradisi caruit, nunquam agrestis terra spinas, et tribulos germinans: quod et in paradiso illo terrestri non obscure adumbratum reperio, dum ait sacer textus (*Gen. 2*): *Plantaverat Deus Paradisum a principio; arbitrator enim cum d. Hieronymo (de gg. hebraeis), per haec verba non solum significari a principio constitutionis mundi Deum plantasse paradisi, sed illum a principio, sub forma paradisi condidisse. Ita sane accidit b. Virgini, quae a principio suae conceptionis sub*

forma paradisi voluptatis Dei condita fuit, atque adeo absque rusticitate peccati originalis. Sed perge iam reliqua, quae de paradiso illo terrestri sacra commemorant eloquia, sanctique Patres tradunt, Virgini adaptare. Doctores non pauci quaerunt, quanto tempore primus Adamus in paradiso illo commoratus fuerit. Quidam, eruditissimo, ac diligentissimo scriptore Barcephae (*de parad. terrest.*) referente, existarunt, triginta tres annos inibi fuisse, et eproppter Christum Dominum per totidem annos vitam transcurrisse, pro expiando illius scelere. Alii quadraginta tantum diebus paradisi incoluisse putant, ideoque Christum dies totidem in deserto ieiunasse, nimirum, ut eius ieiunium adversus illam primi parentis ingluviem antiodotum esset. Alii tradunt, per integrum hebdomadam in paradiso extitisse Adamum, ita ut feria sexta intraverit, et feria sexta sequenti ab eo profigitatus fuerit; cui consentit ipse Barcephae. Alii, ut refert Abulenensis, docuerunt solum per unicum diem perstitisse. Alii plus uno die, quorum verba refert Malvenda de Paradiso cap. 64. Pererit autem eodem die, quo peccavit, expulsus putat primum parentem a paradiso, tanquam indignum diutius ibi commorari; id quod verba Genesis (*Gen. 3*), si attente perpendantur, non obscure indicant, dum id factum aiunt *ad auram post meridiem*, hoc est paulo ante solis occasum; in quam sententiam conspirant Cyrillus, Epiphanius, Dioscorus, Tharsensis, et alii, quos refert, et sequitur Fevardentius (*in notis ad cap. 15. lib. 3*). Ceterum, per quot horas permansit in paradiso, Episcopus Abulenensis (*sup. cap. 1. Gen.*) ex aliorum sententia refert, per septem solum; ad Gervasium lib. de otis Imperialibus (*decis. 1. q. 608*), per novem horas tradit in paradiso commoratum fuisse primum parentem, quod praesenti argumento mirifice quadrat; nam totidem mensibus secundus Adam de coelo coelestis in paradiso materni uteri delituit. Ut tamen amplius mira utriusque huius paradisi similitudo, atque conformitas innotescat, certe sicut terrenus Adam formatus fuit ex terra desumpta ex quatuor mundi partibus, oriente, occidente, septentrione, et meridie, ut docuerunt s. Cyprianus (*tract. de montib. Syna, et Sion*), et s. Augustinus, qui ab antiquioribus Patribus id accepisse fatetur; ita coelestis Adam ex carne Virginis, quae ex quadruplici virorum genere, regum, sacerdotum, prophetarum, et dum originem ducbat, prout d. Maltheus (*c. 4*) refert in eius genealogia, carnem sumpsit; et sicut terra illa, ex qua primus homo factus est, terra erat rubea, ut docuit Eusebius, de praeparatione Evangelica (*l. 11. c. 4*), et Theodoretus (*q. 36. in Numeros*); unde sumpsit nomen Adam, quod terra rubea interpretatur, ut iidem Patres adnotant; ita secundus Adam, Christus Dominus, humanum corpus assumpsit ex terra rubea, hoc est, ex rubeo, et purissimo Mariae sanguine: et quemadmodum, Tertulliano id affirmante, illa humana industria nunquam culta fuerat, sed virgo adhuc erat, nondum aratro compressa, nondum sementi subacta; ita secundus Adam huius secundi paradisi incola ex terra virginea viri operam nesciente eformat us

fuit, ad quod respiciens d. Irenaeus eleganter dixit: *Quemadmodum protoplastus ille Adam derudi terra, et adhuc virgine, nondum enim pluerat Deus, et homo non erat operatus terram, habuit substantiam, et plasmatus est manu Dei; omnia enim per ipsum facta sunt: et sumpsit Dominus limum a terra, et plasmavit hominem; ita recapitulatum in se Adam, ipse Verbum existens ex Maria, quae adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Aedae recapitulationis.* Quod si Moyses commemorat in paradiso illo primo matrimonium factum fuisse inter Adam, et Evam; id sane praesignificavit nuptias, quae celebrandae erant in paradiso uteri virginei inter humanitatem Christi, et Verbum divinum; et quemadmodum ibi dictum est propter illud matrimonium (*Gen. 2*): *Erant duo in carne una*, id est, in prole, quae unitas valde extrinseca est; sane hic, quod mirabilis est, fatemur duo in persona una, naturam scilicet divinam, et humanam in unitate intrinseca suppositi divini: quod si etiam vinculum matrimonii illius indissolubile erat (*Matt. 19*): *Quod Deus coniunxit, homo non separet*; profecto vinculum unionis hypostaticae, humanitatis Christi cum Verbo, multum per omnem modum illud strictius, et indissolubilius esse fide catholica docetur, cum illud morte alterius coniugum dissolutum fuerit, ut de omni matrimonio generaliter docet d. Paulus (*1. Cor. 7*); hoc vero etiam morte ipsa per corpus grassante, et animam ab eo dividente, Verbi unionem cum illo nulla ratione dissolvere potuit; mansit Verbum unicum corpori in sepulchro, mansit unicum animae in limbo. Ut tamen multa paucis comprehendamus, si sexta die creatus est primus Adam (*Gen. 1*), eadem cruciatus est secundus: hora illius diei tertia inductus est Adam in paradisi, et Servator noster tertia hora extra crucem est ab urbe Hierusalem humeris crucem suam bantians: et quo tempore Adam manus protendit ad decerpandos fructus vitis, eodem Christus suas distendit super lignum, ut qui in ligno vinebat, in ligno quoque vinceretur. Rursus a sexta ad nonam horam exutus est Adam sua gloria; et etiam Christus Sol iustitiae nudus in cruce existens a sexta ad nonam usque horam amisso vitae splendore obscuratus est, atque universa creatura luctu cooperta, quasi refricata pristini Aedae casus memoria. Elapsa deinde nona hora, dissipatae, atque abactae sunt tenebrae (*Math. 20*); qua re significabatur, soluta iam tunc esse ea mala, quae genus humanum circumdederant. Insuper quo tempore confossus Dominus noster lancea, eodem a Cherubim custode paradisi, et arboris vitae, vibrata est lancea; sed cum hoc discrimine, quod illa ingressum terrestri paradisi interdixit, haec aditum ad coelestem parat. Denique qua hora pulsus est a paradiso Adamus a Deo, eadem prorsus a Christo missa est in paradisi anima latronis. Moyses rursus de paradiso agens (*Gen. 2*), dixit continere omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, et lignum vitae in medio paradisi: non secus Deus in amocno hoc Virginis paradisi cunctarum produxit germina gratiarum, et exemplaria virtutum; ipsum quoque lignum vitae, Christum Do-

minum posuit in medio uteri eius, cuius foliis sanantur infirmi, cuius odor vivificat mortuos; cuius sapor dulcorat amarus, cuius umbra refrigerat miseris, cuius aspectus iadificat angelos. Verior hic ortus, qui si ortus inde nomenclatur, quia aliquid semper ibi oritur, et cum alia terra semel in anno aliquid profert, ortus nunquam sine fructu est; certe ex Maria natum est, quod nunquam defecit, fructus, qui nunquam marcescit, fructus saluberrimus, de quo dictum est (*Ioann. 6*): *Qui manducavit me, ipse vivet propter me*; fructus tandem unus, et unicus, sed multiplex virtute, in quo cum humanitas, et divinitas eidem personae insint, duplex in ipso est refectio, civibus, et peregrinis: civis beatus, et comprehensor ipso vescitur ad inuenditatem; peregrinus, et veteri homo ipso vescitur ad sanitatem: extra ipsum sanitas non est, nisi falsa; iucunditas, non nisi mortifera. De veteri, et terreno paradiso fluvius egrediebatur ad illum locum voluptatis irrigandum, qui post in quatuor capita dividebatur; de isto novo, et coelesti paradiso flumen illud egressum est, de quo legitur (*Psal. 45*): *Fluminis impetus lactificat civitatem Dei*, quod inde dividitur in quatuor Evangelia. Flumen hoc Christus est, quem Spiritus sanctus tanta gratiarum abundantia perfudit, ut Filio Dei fieret *hortus voluptatis*, unde exivit fluvius Dorix (*Joel. 2*), rapido charitatis suae cursu, totum mundum sapientiae suae fluminis perfundens. Quia plura de hoc sacro proferram paradiso? Magna pauperum proferre non valeo, exigua dicere animis abhorret; suppleat ergo inopiam nostram fecundissimus illius Alanus (*super 4. Cant.*) copia, qui in illa verba, *Hortus conclusus, fons signatus*, tam pie, quam sapienter dixit: *Maria hortus est, in quo non rosae patientiae, nec lilia virginitatis desunt; in quo rosa dominici corporis, et sanguinis; in quo liliam castitatis conclusus, quia utrobique clausus, studio bonae intentionis, et consideratione rationis. Hortus conclusus, soror mea sponsa, quia valde charitatis signatus, ne irrumperere possit malignus: conclusus, quia angelorum custodia circumseptus. Soror mea per dilectionem, sponsa per naturae unionem. Hortus conclusus hic ideo repetitur, ut in perfecto Virginis in actione, et contemplatione notetur, vel in duplici virginitatis specie. Conventus hortus, ut sit aequalis, septus, satus, distinctus, reclusus, et ubi: aequalis, ut rigetur; septus, ut serocretur; satus, ut fructifecet; distinctus, ut deleat; reclusus, ut capiat aere; ubi, ut praebet copiam. Et tu Virgo Dei Genitrix, fuisti ubi hortus copia plenitudinis, fons, in quo ineffabile misericordiae flumen, in quo gratiarum omnium irrigatum; fons, quem in simi suae pietatis recipit lacrymarum nostrarum profuicium; signatus fidei sigillo, evangelicae veritatis signaculo, et virginitatis pessulo; ita, ut nec haereticus, nec daemonem, in te fidem, vel evangelii veritatem possint infirmare. Haec ille.*

Sed iam tempus est, ut flamma illa sera, qua clausus fuit olim primus ille paradisi, nostra claudatur oratio: *Collocavit, inquit Moyses (Gen. 3), ante paradisi voluptatis cheru-*

him, et flammum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae. Haec verba historice praeseferebantur: LXX. Interpretes (in c. 3. Genes.) exponunt, laminam gladii tersam, politam, ac fulgentem fuisse, quae ut flamma splenderet: s. vero Cyprianus (lib. de Gen. c. 2), Gulielmus Hamerus (ibid.), Tertullianus (Apologet. c. 47), et s. Thomas (2. 2. q. 146. art. 2. ad quintum), flammum illum gladium interpretantur esse torridam Zonam. Lactantius vero Firmianus lib. divinarum Institut. R. repetit, Hugo Viet. Lyranus, Abulensis existimant flammum illum gladium esse murum quemdam ignis ex terra ibi erumpentis, ut in Ethna Siciliae, Vesuvio monte, et novi orbis Vulcanis; vel certe a Deo ibidem de novo creati, quo paradus veluti impenetrabilis septo lato ambitu, esset ex omni parte circumvallatus. In tanta opinionum varietate, illa procul dubio magis mihi aridet, quae docet, aciem gladii versatilis, seu ex utraque parte acuti, fuisse figuram quamdam igneae lanceae, quam cherubin manulens, atque coruscans proterebat primos parentes a paradiso, et ab arbore vitae arcebat: qua praemissa literali intelligentia, mysticam, et allegoricam ingrediuntur. In eo certe facile delegemus, quam recte paradus ille beatam Virginem adumbravit in sua conceptione: sicut enim paradus ille admisit in se Adamum innocentem, minime vero recepit Adamum peccatorem, sed longe a se propulsavit; ita beatissima Virgo in puncto suae conceptionis non admisit Adamum primum peccati originalis labe illum inficientem, sed clausit illi ostium, ut idonea esset ad recipiendum in se secundum Adamum ex praesens eius meritis illam ab omni macula praeservantem. Angelum enim custodientem paradus ostium apparuisse sub specie humana, ut tradit s. Gennadius super tertium caput Genesis, non obscure significasse mihi persuadeo, Filium Dei custodem ab instanti conceptionis beatae Virginis esse, magni consilii angelum sub specie veri hominis, sicut et ipse sub eadem custos fuit portae virginis claustrum, Ezechiel dicente (cap. 44): *Porta haec clausa erit principi, princeps ipse sedebit in ea.* Unde merito ipsa verba illa Iudith (cap. 13) contra Holofernem triumphantis sibi usurpans, intonare potest: *Vixit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus eius et hinc euntem; et ibi commorantem, et inde huc revertentem;* hoc est, ad versus omne genus peccati, in conceptione, in totius vitae decursu, et in fine illius, divina gratia me praemunit: sicut enim ob illam custodiam angelicam bestiae agri in paradus ingredi prohibebantur, ne quoquo modo illum deturparent; ita bestiae, ac ferae peccatorum in hunc sacrum paradus Virginis intrare prohibita sunt: unde Sponsus ait illi (Can. 4): *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus:* ecce triplicem clausuram indicat, ut ostendat clausum fuisse hunc coelestem paradus triplici peccatorum generi, originali, mortali, et veniali. Vel aliter eadem verba exponere possumus. Primo, ut dicamus singularem Virginis excellentiam in eo denotari, quod facta fuerit soror sapientiae genitae

nam Sanctus Pagninus (in thesauro), vult illum fuisse ferrum lanceae linguae flammee speciem praeseferebantur: LXX. Interpretes (in c. 3. Genes.) exponunt, laminam gladii tersam, politam, ac fulgentem fuisse, quae ut flamma splenderet: s. vero Cyprianus (lib. de Gen. c. 2), Gulielmus Hamerus (ibid.), Tertullianus (Apologet. c. 47), et s. Thomas (2. 2. q. 146. art. 2. ad quintum), flammum illum gladium interpretantur esse torridam Zonam. Lactantius vero Firmianus lib. divinarum Institut. R. repetit, Hugo Viet. Lyranus, Abulensis existimant flammum illum gladium esse murum quemdam ignis ex terra ibi erumpentis, ut in Ethna Siciliae, Vesuvio monte, et novi orbis Vulcanis; vel certe a Deo ibidem de novo creati, quo paradus veluti impenetrabilis septo lato ambitu, esset ex omni parte circumvallatus. In tanta opinionum varietate, illa procul dubio magis mihi aridet, quae docet, aciem gladii versatilis, seu ex utraque parte acuti, fuisse figuram quamdam igneae lanceae, quam cherubin manulens, atque coruscans proterebat primos parentes a paradiso, et ab arbore vitae arcebat: qua praemissa literali intelligentia, mysticam, et allegoricam ingrediuntur. In eo certe facile delegemus, quam recte paradus ille beatam Virginem adumbravit in sua conceptione: sicut enim paradus ille admisit in se Adamum innocentem, minime vero recepit Adamum peccatorem, sed longe a se propulsavit; ita beatissima Virgo in puncto suae conceptionis non admisit Adamum primum peccati originalis labe illum inficientem, sed clausit illi ostium, ut idonea esset ad recipiendum in se secundum Adamum ex praesens eius meritis illam ab omni macula praeservantem. Angelum enim custodientem paradus ostium apparuisse sub specie humana, ut tradit s. Gennadius super tertium caput Genesis, non obscure significasse mihi persuadeo, Filium Dei custodem ab instanti conceptionis beatae Virginis esse, magni consilii angelum sub specie veri hominis, sicut et ipse sub eadem custos fuit portae virginis claustrum, Ezechiel dicente (cap. 44): *Porta haec clausa erit principi, princeps ipse sedebit in ea.* Unde merito ipsa verba illa Iudith (cap. 13) contra Holofernem triumphantis sibi usurpans, intonare potest: *Vixit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus eius et hinc euntem; et ibi commorantem, et inde huc revertentem;* hoc est, ad versus omne genus peccati, in conceptione, in totius vitae decursu, et in fine illius, divina gratia me praemunit: sicut enim ob illam custodiam angelicam bestiae agri in paradus ingredi prohibebantur, ne quoquo modo illum deturparent; ita bestiae, ac ferae peccatorum in hunc sacrum paradus Virginis intrare prohibita sunt: unde Sponsus ait illi (Can. 4): *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus:* ecce triplicem clausuram indicat, ut ostendat clausum fuisse hunc coelestem paradus triplici peccatorum generi, originali, mortali, et veniali. Vel aliter eadem verba exponere possumus. Primo, ut dicamus singularem Virginis excellentiam in eo denotari, quod facta fuerit soror sapientiae genitae

Patris: sicut enim haec ait (Eccles. 24): *Primo-genita sum ante omnem creaturam;* ita et beata Virgo, velut soror eius gemella per gratiam, gloriatur, dicens (Proverb. 8): *Ante omnes colles ego parturivi:* unde Hugo de s. Viet. lib. 2. Instit. monast. ser. 60. ait: *Soror vocatur, coelestis haereditatis participatione: sponsam vero illam vocat, quia cum Deo coniuncta divinum prolem humana carne indutam procreavit.* Vocat deinde illam, *hortum conclusum*, ut significaret, animam eius nulli peccato fores aperuisse; fontem vero signatum dicit eam, ut sigillum virginitatis eius designaret. Vel dicamus aliter cum Ioanne Pico (super Cant. lib. 2. c. 14), vocari Virginem *hortum* propter foecunditatem, et *conclusum* propter clausuram virginitatem ante partum, propter eandem vero post partum vocari fontem signatum. Hunc ergo tam amoenum, tam florentem, atque sibi delitiosum paradus contemplant idem Sponsus, in illa dulcia verba prorupit (Can. 4): *Emissiones tuae, sicut paradus;* quae sequenti homilia elucidabimus, ne hanc longiorem, quam par est, habeamus.

## HOMILIA XVI.

*Eandem paradisi metaphoram prosequimur: ostendentes, quam apte beatissima Virgo in sua conceptione se comparavit insignioribus arboribus, quae in illo consita erant, ut cedro, cypresso, cinnamomo, ficu, malogranato, et palmae.*

Inter alia pleraque externa indicia, quibus Deus optimus maximus a principio constitutionis mundi amorem, quo hominem prosequeretur, exhibuit, non infimum locum tenet, quod, ut honorifice illum hospitio reciperet, *paradisum voluptatis*, et ut, vertit Simmachus, *paradisum florentem*, sicut et angelis coelestem, tamquam proprium domicilium ei praeparavit: cuius quidem plantationis tam sollicitam curam gessit, ut d. Hieronymus affirmet, primum fuisse opus eorum, quae Deus effecit: nam ubi vulgata lectio habet (Gen. 2): *Plantavit autem Deus paradisum voluptatis a principio;* Simmachus, et Theodosius vertunt: *Paradisum voluptatis principium;* ex quo infert sanctus doctor manifeste comprobari, quod priusquam coelum, et terram Deus faceret, paradus condiderat: quod neutiquam intelligendum est, ut prius Deus produxerit paradus terrestrem, quam coelum: id enim pugnat cum sacra Scriptura, ut ex mosayca Geneseos narratione clare constat; sed quod prius, quam reliquas terrae partes, locum paradisi excoluit, magnoque florum, ac arborum varietate adeo exornavit, ut reliqua alia respectu illius quasi viderentur, ultimam sui factoris manum non susceperit. Daemon tamen invidiae, et odii igne adversus Deum, et hominem exardescens, quo portentosa scelera tentavit, et perfecit, nam in primis paradus illum terrestrem: sicut quondam et coelestem cum tertia parte

stellarum (Apo. 12.) ad se pertraxit, suae diabolicae sussonis, et instigationis veneno sub specie immanissimi colubri se ostendens spurcissimum pollutum, velito a Deo arboris fructu vesici Adamo persuadens (Gen. 3); deinde plantare coepit ipse non unum, aut alterum, sed et plures voluptatis paradisos, ac amoenissimos deliciarum hortos, in quibus variae victimae ei offerbantur. Unde Dominus per Isaiam (Is. 65) conqueritur adversus eos, qui in huiusmodi hortis diis sacrificia offerbant: *Populus, qui provocat me ad iracundiam, ante faciem meam semper, qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres, eosdemque igne, et gladio, sicut olim terrestri paradisi ingressores Deum puniturum minatur idem Isaias: In igne sua Dominus iudicabit, et in gladio suo ad omnem carnem, quia sanctificabuntur, et mundos se putabunt in hortis: at ne antiquus serpens gloriari possit, quod omnes Dei paradisos tam coelestes, quam terrestres contaminaret, partim pestifera superbiae aura in eos perfans, partim sulphureo veneris calore exrens, decrevit excellentiorem, atque amoeniorem alium paradus secundo Adam praeparare: ut enim dixit Damascenus (orat. 3. de nativ.), oportebat prius palatum praeparari, et ita regem adesse. Ad hanc autem praeparationem merito putaverim pertinere, quod beata Virgo a principio suae conceptionis paradus voluptatis Verbi extiterit: ne autem inimicus homo posset in eo peccati originalis zizaniam seminare, aut quidpiam nocentem ei inferre, clausit undique illum ignea serai divini amoris, quo animus eius a principio suae formationis aestuare coepit, variisque virtutibus tam theologicis, quam moralibus velut clavibus observavit. Quod, ut clarius innotescat, parumper contempler arbores in illo primo paradiso consitas, quibus non semel in sacra Scriptura, et Patribus comparata invenitur beatissima Virgo, quae, ut dixit d. Hieronymus (ser. de Assumpt.), *Hortus est deliciarum, in quo consita sunt universa forum genera, et odoramenta virtutum.* Sed ingene fateor, quodiorum vagor oculis animi, non per Mydae, Tantalum, vel Hesperidum hortos, quos fabulosis carminibus poetae plantarunt, sed per divinum hortum Marianum, hortum voluptatis Dei, in quem de coelo Sponsus crebro solitus erat descendere, et ad quem nunc spirituales apiculas ascenderat vult, ut ex florentis virtutum illius, mentis ore delibatis, devotissimis favum sibi conficiant; quos, inquam, in hunc hortum cogitatione rapit, tanta me rapit admiratio, ut illa, velut clavo defigam immotus, et quo me verlam, nesciam. Proceritas namque cypressi me involtat; odor cinnamomi sua flagrantia me allicit; cypressi incorruptibilitas me vocat; cedri maiestas imperat, et impellit; ficus dulcedo me trahit; malogranati pulchritudo sermonem a me extorquet; palma denique, quae victoriae symbolum semper extulit, reliquis arboribus in hac nostra tractatione praefert quasi iure suo sibi vindicat. Verum quia sermo est de regina Maria, non possum non primas dare cedro arborum reginae: ipsa quidem ait (Ec. 24): *Quasi cedrus exaltata sum in Libano.* Di-*

vus Isidorus (*lib. 17. originum*) refert, prologium Persii, *Cedro digna locutus*, satis vulgatum fuisse, quod duplicem potest sublinere sensum. Primus, ut sicut cedrus incurratibilibis est, ac perpetuo permanens; ita verba sapientis et memoria hominum digna sunt, ut nunquam excidant. Secundus est, ut orator in eo genere argumenti, cuius tractationem assumit, subiecti excellentiam tam oratione assumat, quam sublimitate cedrus reliquis arboribus superat: iuxta quam intelligentiam de hoc spiritali cedro beatae Virginis veracius dicemus: *Cedro digna locutus nemo*; id enim soli Deo reservatur: *ipse enim solus mensus est eam* (*Ezech. 41*); quod tamen ipse dignabitur nobis donare, sine invidia communicabimus. Plinius (*de nat. hist.*) et reliqui naturales historiographi duplex cedri genus distinguunt; maximum unum, aliud non maritimum. De hoc secundo ferunt naturalium rerum historici, omnium arborum altissimum esse, quod in Mariam recte convenire quis non videat, cum alior sit coelis, excelsior angelis, et omni pura creatura magnitudine gratiae sublimior: *Cedrus candidatio* interpretatur, et merito, propter innatam virtutem, qua viget ad turpissimos serpentes, ac spurcissimos vermes longe a se fugandos; quod non obscure immaculatam Virginis conceptionem adumbrat, quae ea divinae gratiae virtute praedita fuit, ut in prima sui formatione peccati originalis serpentem, ac infesti fomitis vermem longe a se propulsaret. Aliud tradunt cedri genus maritimum, quae parva est, et fructifera, parvitate quidem humilitatem Mariae, quae parva erat in oculis suis, virtute vero sua fructifera miram eiusdem foecunditatem figurat: sicut enim fructus illius triplici compactus est substantia, ut fidem naturalistae tradunt, prima calida, secunda temperata, ultima frigida; non secus fructus benedictus Mariae, de qua natus est Iesus, ex triplici constat substantia; divinitate, anima, et carne, ut in symbolo Athanasii fides catholica docet: quarum prima, nempe divinitas, calida adeo esse perhibetur, ut divus Paulus dicat (*ad Hebr. 12*): *Deus noster, ignis consumens est*: secunda, scilicet anima, non poterat non esse temperatissima, cum virtutes omnes in ea perpetuo medium tenuerint, nullaque unquam illarum ad aliquod deflexerit extremum: ultima tandem, scilicet caro, ea castitatis frigiditate vignet, quae illam ab omni venereo calore penitus alienam reddidit.

Cypresso etiam se comparavit beata Virgo (*Ecles. 14*): *Quasi cypressus in monte Sion*. Confinunt poetarum fabulae, puerum quemdam nomine *cyparissum*, in sui nominis arborem conversum fuisse, et cuius meminit Ovidius lib. 3. *Metamorph.* et de ea loquitur Virgilius in 3. *Aeneidos*, dicens:

Aerae quercus, et conferae cypariss.

Et Martialis ait:

Daphnyas platanos, et aerae cyparissos.

Hanc tamen arborem latini communiter vo-

cant *cypressum*, licet alii appellent eam *cypressum*, iuxta illud Virgilii in 1. *Georg.*

Et teneram a radice ferens Sylvane, cypressum.

Vulgatus noster Interpres vocat eam *cypressum* (*Ecles. 24*): d. Isidorus 16. *ethymolog.* ait, *cypressum* odoriferam adeo esse, ut serpentes eius suavitate ferre non valentes, longe auferant, adeoque solidam constentur, ut nec putrefieri, nec aliquo pondere flecti, siveque recludi, nec lacuram aliquam sublinere possit. Id adamussum describit beatam Virginem in sua immaculata conceptione, quae adeo odorifera tunc prodiit, ut sanctitatis eius miram suavitatem subodorans antiquus serpens, ad illam inficiendam accedere ausus non fuerit: adeo etiam solida, ut nullo peccati pondere incurvata, coelitus datam recludit unquam amiserit, immo nec amittere poterit. Sed quid non solida extitisset beatissima Virgo, quae septem columnis, hoc est, sepiiformis Spiritus sancti donis stabilita et fundata erat, Salomone dicente (*Prov. 9, 3*): *Sapientia aedificavit sibi domum, et excidit columnas septem*? Plinius libro 55. *capite de cypresso*, et Pierius libro 12. tradunt, ex hac arbore olim apud antiquos fieri simulacrum deae Iunonis, eo, quod lineae, aut simili alio verme nunquam corroditur: si ergo gentiles illi tantum honoris Iunoni deferebant, ut imaginem eius ex arbore lineae corrossa affabrefieri omnino prohiberent, quomodo Deum, Filium suum humani corporis imaginem sumpturum, ex foemina peccati originalis lineae corrossa illam sumere voluisse crederemus? Immo certe sicut Iunonem divitiarum Deam existimabant, et ideo pavonem illi adhaerentem depingebant, quia divitiae sunt instar pavonis caudae deauratae, et oculis plenae, quia mortalium oculis ad se pertrahunt; ita beata Virgo in sua conceptione coepit adeo coelestibus charismatibus locupletari, ut Spiritus sanctus ei diceret (*Prov. 31*): *Mullae filiae congregaverunt sibi divitias, tu vero supergressa es unicuique*: unde, sicut ibi depingebant pavonem, qui divitiarum symbolum erat, Iunoni proximum; sic Ecclesia catholica Christum Dominum divitiarum fontem proximum Virgini in manibus eius depingit. Ut autem symbolica pavonis similitudo apta esse constet, silentio non praeteribo lectionem quorundam, qui ubi nostra vulgata ait de Christo Domino (*Cant. 5*), *Manus eius tornatiles aureae, plenae hyacinthis*: ipsi vertunt iuxta hebraicum originale: *Manus eius cauda pavonis*; quod perinde fuit, ac dicere: In eo esse recogitatas omnes divitias, liberaliterque eas erogare; alludentes in hoc ad id, quod nuper dicebam de pavonis cauda, quae symbolum erat divitiarum. Ac tandem si cypressus mortis argumentum fuit, unde in sepulchris poni consuevit:

Funesta est arbor procerum monumenta cypressus.

Id etiam recte Virgini in conceptione sua convenit, in qua mortem diaboli intulit, ut ei praedixerat Dominus (*Gen. 3*): *Ipsa conteret caput tuum*. Sed iam de variis sacramentis in

cinnamomo arbore latentibus sermonem instituas: *Sicut cinnamomum*, ait Virgo (*Ecles. 24*), et *balsamum aromatizans odorem dei*. Plinius de naturali historia refert (*lib. 12. cap. 19*), phoenicem avem, quae unica est, et in arbore hac nidificare solet, nulla ratione pati aliam in eodem nido secum commorari: tradit etiam, quod imperator Vespasianus contemni iussit coronam auream cinnamomum plenam, quae deae Paris tempora redimivit: scribit deinde, non posse evelli ramos ex hac arbore, nisi a summo sacerdote sacris vestibus induto, et praecedentibus variis caeremoniis, inter quas haec specialis erat, ut non caederetur ante solis ortum, nec post occasum, sed die claro, et fulgenti, et iam facto sacrificio: ac tandem subiungit, ramos illos in tres partes dividit consuevisse; primam offerrebat diis, qui in argumentum, quod sibi placeret, ardentem flammam super illos desuper emittebant; secundam sacerdoti; tertiam populo aduicabant. Haec omnia quam apte Virgini congruant, paulatim elucidemus. Imprimis avis illa phoenix, quae unica est, Christum Dominum refert, tum quia unicus tam Patri, quam Matri suae; tum quia sicut phoenix ex igne nascitur, et in igne moritur; ita et Christus igne amoris incensus inter homines nasci voluit, et eiusdem amoris flamma aestuans in cruce obiit. Haec sacra phoenix in beata Virgine, velut illa in cinnamomo, nidificavit: et sicut illa nullam aliam avem in eodem nido commorari patitur, sic Christus Dominus rapacem illam avem, daemone intellego, minime inibi unquam inhabitare permisit: sicut etiam arbor illa non aliis, quam sacris summi sacerdotis manibus contractari fas erat, nec id ante ortum, vel occasum solis, sed clara eius luce vigente; non dissimiliter sacram hanc cinnamomum beatae Virginis, non daemones manus filiorum Adae conceptionem maculantes, sed solum Dei, et summi sacerdotis Christi manus, coelesti divinae gratiae lumine coruscante, contigerunt. Atque hinc est, quod sicut prima pars ramorum illius arboris, quae in tres dividi solebat, Deo reservabatur; non secus prima pars totius vitae beatae Virginis, quam constat conceptionem eius fuisse, non daemones reservata, sed Deo sacrata, et oblata fuit. Ad haec Honorius super caput quartum Cantico ad id, cinnamomi arborem tres habere cortices, quibus ab inclementia temporis valde protegitur: hoc quid aliud significat, quam beatam Virginem triplici spiritali cortice praemunitam fuisse adversus triplex peccati genus, originale, mortale, et veniale? Addit etiam d. Gregorius Nyssenus in commentario eiusdem loci, hanc arborem tali praeditam esse natura, ut perimal genita ex quacumque corruptione; quod et incorruptionem immaculatae conceptionis adstruit: eam enim singulari instar cinnamomi, praesitit virtute, ut peccatum originale, quod ex primi hominis corruptione ortum habuit, penitus interimeret. Sed his majora subicio. Commentator Dioscoridis super librum primum cap. 21. refert, cinnamomum olim in tanto pretio habitam, et adeo desideratam fuisse, ut et augustissimi imperatores fragmentum aliquod illius ad manus habere dif-

ficillime possent; et Plinius 1.12. c. 20. refert, Augustum Vespasianum aureas quasdam coronas, quas confecerat, cinnamomi particulis ornasse, ac perpolvisse, quasi pluris habens cinnamomum, quam aurum. Tanti profecto hoc arboris genus habebat propter abditam virtutem, quam continet: sed hoc quid aliud indicat, nisi excellentiam beatae Virginis tanti apud universas gentes habendam esse, ut ab omnibus generationibus beata dicenda foret, ut et ipsa praedixit (*Luc. 1*): *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Aint praeterea, cinnamomum, licet in planis gignatur, sed inter asperissimos vepres, et spinosos rubos; non dissimiliter beata Virgo, licet concepta a progenitoribus, qui spinosi vepres fuerant, peccati originalis aculeo puncti, ipsa tamen ex his originem dedit instar cinnamomi absque ulla peccati pungente spina. Cinnamomi arbor adeo olim sacra erat, ut Plinius dicat: *Sarmentum hasta dividit sacerdos, Deo partem ponit, reliquum mercator condit*: non secus beata Virgo adeo sacra fuit, ut partem substantiae eius, hoc est purissimi sanguinis illius, Deus ipse sibi acceperit, ac materiam eius hypostolico vinculo sibi univit; reliquum vero tamquam spiritalium, ac coelestium divitiarum mercatoribus ad nostram utilitatem nobis reliquit. Beata enim Virgo tota animo, et corpore intenta nostris commodis semper prospicit, et filiorum suorum emolumentis incessanter consulit. Subdit deinde Plinius, quod radicibus cinnamomi proximum est, vile esse, quod vero in medio, et in vertice pretiosissimum: non secus virgine, et humilium, quod in beata Virgine reperitur, illud est, quod ex radice, et stirpe regia originem traxerit; excellentius tamen, quod intacta permanens, in medio ventris sui Christum portaverit: praestantissimum tamen, quod a sublimiori parte animae illius altissima contemplatio, et ardentissimus amor, nec per momentum, deficerent: Marcellae namque dicenti (*Luc. 1*), *Beatus venter, qui te portavit*, Christus Dominus dixit: *Quinimo beati, qui audivit verbum Dei, et custodiunt illud*. Refert praeterea Plinius (*l. 12. c. 9*), inauditum quoddam naturae prodigium visum fuisse in templo, quod in honorem Caesaris Augusti Augusta eius uxore exerebat: radicem cinnamomi magni ponderis commemorat vitae aureae patere impositam, ex qua guttae editae in grana ducebantur, donec id delubrum incendio consumptum est. Certe, quod radix, cum vigorem conservat, aliusquis liquoris guttas emittit, non semel accidit; quod aulem radix sicca, et humore destituta eas producat, inauditum est: at voluit Deus hoc prodigium praemittere, ut et res etiam naturales beatissimam Virginem adumbrarent. Ipsa quidem est radix illa magni ponderis, quam sancta mater Ecclesia salutem, dicens: *Salve radix sancta, ex qua mundo lux est orta*. Eva radix fuit generis humani; beata vero Virgo radix, unde ortus est Christus: unde sicut qui arborem fovet, speciale radicem curam habet, et illam colit, et irrigat, proximum illi terram fodit, ut in coelesti pluvia copiosius perfundatur; ita Deus sollicitam curam gessit

conceptionis beatæ Virginis, quæ eius radix futura erat, et Mater, atque illam tot divinæ gratiæ inbribus irrigavit, ac tot coelestibus donis præmunivit, ut peccati originalis vermis ad eam corrodendam minime accedere ausus fuerit. Radix hæc in patera inventa fuit, dum aderat in visceribus sacrosanctæ Annæ matris eius, quæ auro charitatis diuissima erat. Quod si radix illa sicca absque ullo humore cuiusdam liquoris guttas emittat, etiam h. Virgo absque humore virilis seminis Christum parturivit *fontem aquæ vivæ*; immo et copiosum fluvium universam Ecclesiam irrigantem, ut ipse testatur (*Ecles. 24*): *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio, ego quasi fluvius Doræ, et sicut aquaeductus exivit de paradiso*. Ut tamen h. Virgo mirabile suæ conceptionis arcanum explicaret, addidit (*ibid.*): *Quasi cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi*. Reliqui omnes, tam viri, quam foeminae, cum in peccato concipiuntur, nullum Deo suavem odorem, sed execrandum foetorem mittunt; unde cum h. Virgo dicat in conceptione sua se odoris suavitatem emisisse, consequens est, peccati originalis foetore minime infectam fuisse: quare in figura illius Moyses prædixit (*Gen. 8*): *Odoratus est Dominus odorem suavitatis*; vel, ut legit hebraeorum originale, *odorem quietis*. Bene quidem ait, *odorem quietis*, quia sicut, quando quis desiderans aliquid, et illud non obtinet, inquietum est cor eius; si tamen voti compe evadat, continuo eius animus quiescit: non dissimiliter, cum Deus summo opere desiderasset mundam aliquid, ac immaculatam conceptionem, omnes enim erant immundæ, et infectæ, cum primum sacram Virginem absque omni labe peccati conceptam vidit, confestim, velut qui rem desideratam obtinisset, animus eius quievit; et ideo ait sacer textus, odoratum fuisse Dominum *odorem quietis*. Porro (*Gen. 3*), cum in paradiso fuerit fœcus arbor insignis adeo, ut illum gravissimi doctores putaverint esse, ex qua Adam fructum prohibuit decerpit, nimirum d. Athanasius (*q. 49. ad Antiocham*), Isidorus (*lib. 1.*), Theodoretus (*in epist. 31. ad Theopompum*), s. Alcinus, s. Genadius (*lib. 3. in Gen. c. 1.*), s. Anastasius (*lib. 8. in Exameron*), Nicephorus (*lib. 1. hist. ecclesiast. c. 26*), Procopius (*in 2. Gen.*), Lyranus (*Gen. 2*); quorum sententia, ut id obiter dicam, rationi videtur consona, quia credibile est, simul atque primi parentes de arbore prohibita comederant, pudore corruptos, ex ea quæ proxime ad manum erat, velamina sibi aptasse, quibus nuditatem suam contegerent; sacra autem Scriptura expresse ait, *conservant sibi folia ficus*; unde perdoctus Theodoretus præcitatō loco ait: *Dum adhuc conservent folia, adverterunt vocem Dei deambulantibus, et sub arbore latitabant; non alia videlicet, quam unde folia decerpent. Haec autem erat, de qua præceptum acceperant, ut propheta inquit, in medio ligni paradisi. De eo autem cum manducassent, etiam folia texebant, propterea quod suæ nuditatis eos pudoret. Universa autem erant folia ficus. Certe sine controrsia arbor illa erat ficus, de qua præceptum acceperant, sed non assentiuntur quidam præeinitia, ut mihi videtur, sim-*

*plicitate, qui putant, oportere novum quoddam esse lignum, non attendentes, quod non ligni qualitate, neque novitate cibi peccata censentur, sed ex præcepto dato, cuius transgressio quantumcumque pari reprehensione digna est. Cum autem varia sint ficus genera, incertum est, ex quo genere fuerit illa, ex qua primum Patres comedit: illud tamen certum mihi est, persimilem fuisse beatam Virginem ficu, cuius meminit Plinius, ut refert Rupertus in lib. Sapientiae (*lect. 40*): hæc habet ramos longissimos, et quia ficus est onusta prae gravitatis pondere, usque ad terram illos demittit: folia eius sunt instar scuti prolegentis corpus pugnantis: sub umbra eius, non solum homines, sed et animalia requiescunt: fructus eius adeo dulcis est, ut in admirationem comedentem rapiat. Commentator Dioscor. (*super lib. 1.*), et d. Isidorus (*lib. 17. Originum*), aiunt: Taurum ferocissimum ad fici arborem colligatum mansescere. Hanc etiam arborem tradunt immunem omnino esse a percussione fulguris. Ait ergo Rupertus: ista ficus est parabola Virginis benedictæ, et merito: rami eius, potentia scilicet animi illius, erant variis, ac heroicis theologiarum virtutum fructibus onustæ, adeo ut in terram summa humilitate illam demitterent, ipsa dicente (*Luc. 1*): *Ecce ancilla Domini*: et sicut folia fici, ut adnotavi Hugo cardinalis super Lucam (*c. 21*), ad similitudinem manus humanæ formata sunt, ita interni actus beatæ Virginis non interius sistent, sed ipsa operi manus admoveus, bonorum operum partu incessanter edebat: folia deinde huius mysticæ ficus, patrocinium sunt, protectio, et continua pro peccatoribus intercessio, quibus velut inexpugnabili scuto a divinæ iræ lacerulis non defendit: in cuius figura sacra Genesis (*cap. 3*) historia, ut supra dixi, refert, nuditatem suam primos parentes operuisse foliis ficus, quibus se a frigore prolegerent; unde sub umbra eius non solum iusti, et sancti, sed et qui bestiarum more vixerant, cum spe veniæ requiescunt: et sicut alligatus ad ficum ferocissimus taurus mansescit, ita alligatus Deus carni per vinculum unionis hypostaticæ in utero Virginis factæ, cum antea esset velut taurus mugiens (*Psal. 93*). *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum legit eger, tantam postmodum indidit mansuetudinem, ut iam Deus misericordiarum, et Deus totius consolationis a d. Paulo (*2. Cor. 1*) vocletur. Ac tandem, quod præsertim huic argumento convenit, sicut arbor illa ficus ab omni fulgure immunis erat; ita beatissima Virgo a peccati originalis fulgure, a quo nemo non percussit, immunis ipsa fuit. His omnibus addamus, quod, cum ficus illa egregie beatam Virginem adumbret, mysterio vacare non potest, inter omnes arbores de sola ficu Christum dixisse (*Luc. 21*), ut ab ea disceremus propæ esse aestatem: id arbitrator consulto dixisse, quia conceptione beatæ Virginis per ficum adumbratæ monetur adventum Christi, qui ex ea nasciturus erat, propæ iam adesset. Quod si Christus Dominus ficum maledixit (*Mar. 11*), id certe fuit, quia fructu carebat; ab hac tamen maledictione longe aberat Maria, quæ fructum edidit Christum**

*Dominum Patri consubstantialem, per quem facta sunt omnia. Ex quo infero in eo esse dissimilem Virginem ficu, quamvis id Marianam etiam excellentiam commendat, quod fructus illius nocivus erat ad mortem (*Gen. 2*): In quacumque die ex eo comederis, morte morieris; fructus tamen Virginis antidotum fuit, et salus ad vitam; unde ille prohibitus fuit comedi, isle sub præcepto iussus est manducari (*Ioann. 6*): *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*.*

Verum, ut ad insigniorem, ac celebriorem arborem me convertam, Sponsum video malograno arbori Virginem comparasse (*Cant. 4*): *Emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus*: vel, ut alii legunt, *malogranatorum*. Observatio dignum est, florem malograni propterea rubicundum, et diademate coronatum oriri, quia fructus eius rubicundus est futurus, et inter omnes alios primum habiturus: quemadmodum ergo natura, habito respectu ad fructum malograni, florem rubicundum, et coronatum produxit; sic divina Sapientia, quæ non minus sollicita fuit in ordine supernaturali, habito respectu ad Christum futurum fructum huius Mariæ floris, a principio suæ conceptionis ardentissimo amore beatam Virginem accendit, ac diademate charitatis conceptionem, quæ caput vitæ illius fuit, redemit. Unde, cum in hac sua conceptione, velut regina divinæ gratiæ coronata, instar malograni proderit, manifestum est, sub misera daemonis servitute minime tunc iacuisse: nec enim in una sede morantur servitus, et libertas; vilia mancipii insignia, et coronæ regni maiestatis.

Tandem, ut iam coridem meae orationi imponam, silentio mihi præterire possum, beatam Virginem cum palma se composuisse (*Ec. 24*): *Sicut palma exaltata sum in Cades*. Plinius de naturali historia ait, quod *phoenice* græce idem est, quod latine palma; quod beatæ Virginis absque macula conceptæ recte convenit: est enim in hoc inter puras creaturas instar phoenicis inter omnes aves, ut ob id etiam merito de ea dici possit, quod canit Ecclesia: *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem*: nam, cum omnes filii Adæ naturali propagatione concepti ab infestissimo hoste peccati originalis misere vineantur, ac diaboli servituti subsiciantur; Virgo tamen, tanquam vitrix horum hostium, prodiit in sua conceptione, triumphalem palmam in signum victoriæ manu portans; eius arma folia eiusdem palmæ præsestant, cum hæc formam, ac figuram ensis præseferant; necnon et spinæ æ ligno eius erumpentes, quæ diabolum graviter punxerunt. Quod si contemplerur in palma id, quod idem Plinius ex Aristotele præcitatō loco commemorat, conceptionis Mariæ, quæ diximus, facille quisque vera esse cognoscet: ait enim, a principio sui ortus, pulcherrimæ esse arborem, ita ut nec per momentum insignis eius pulchritudo ei deficiat; id, quæso, quod aliud aptius præsignificare potuit, quam beatam Virginem a principio suæ conceptionis pulcherrimam extitisse, ita ut nec

per momentum divinæ gratiæ pulchritudo ei defuerit? Atque ad hæc omnia arborum genera beatam Virginem in sua conceptione adumbratam respiciens Sponsus, præcitatā verba dicebat (*Cant. 4*): *Emissiones tuæ sicut paradisi: cum enim emissiones significant propages plantarum, perinde fuit, ac si diceret: Propagines virtutum tuarum non secus me recreant, ac saluberrimus, et amoenissimus voluptatis paradisi, qui mortalium animos refecere solet.*

## HOMILIA XVII.

*Multiplici eruditione tam sacrae Scripturæ, quam iuris civilis docetur, beatissimam Virginem proptissime dici, et fuisse redemptam per Christum, quamvis nunquam sub peccati originalis servitute iacuerit; simulque ostenditur, quantum intersit inter Christum, et Virginem, quoad carentiam culpæ originalis.*

Impugnantes immaculatam Virginis conceptionem arbitrantur, quod si absque peccato originali conciperetur, non fuisset a Christo redempta: quia ubi non est captivitas, non habet locum redemptio. Sed hæc rationem subtiliter dissolvit noster Scotus (*3. dist. 3. q. 2*), dicens, excellentiorem redemptionis modum esse, præseverare aliquem nec cadat, quam ipsum postquam cecidit, elevare; sicut melius est, aliquem a vulnere defendere et præseverare, quam post vulnerationem remedium ei adhibere, ut constat ex l. 1. c. *Quando licet unicuique sine iudice vindicta*. Unde doctor Augustinus (*super Genesim ad litteram*) ait: *Maiorem gratiam impendi illi, qui conservatur innocenti, quam qui remittitur culpa*. Primo ergo modo Christus Matrem suam redemit; quod optime ostendit Ieremias (*Thronorum 1*) dicens: *Torcular calcavit Dominus virginem filiam Iudæe*. Numquid calcavit crucis torculari soli Virgini? minime, quia etiam alios torcularis sanguine modo demit; sed quia supra dicto redemptionis modo Ieremias (*ibid.*), quod calcavit Dominus torcular Virginis filiae Iudæe: qui enim putant non esse alium redemptionis modum, nisi cum quis alium iam captivum redimit, scribant illud, quod Hercules in suis columnis in fine terræ positus scripsit: *Non plus ultra*: non enim deerit, qui eam inscriptionem deleat, proclamans in honorem Virginis: *Plus ultra*, quia alius est redemptionis modus, videlicet, qui a nobis assignatur, qui qui gavisus fuerit, vere liberi, ac redempti erunt: nam, ut docet Bartolus (*in l. decem ff. de verborum obligationibus, et in l. non utique ff. de exceptionibus*), miles ab alio mille liberatus, nec in hostium potestate veniet, etiam si nunquam servus eorum extitisset, manumissus censetur; sic etiam Virgo manmissa, et liberata fuit a Christo, licet nunquam fuerit daemonis ancilla, quæ Deo ancilla servare extitit. Fævat etiam nobis d. Bernardus (*sermone 21. super Cantica*), ubi ait, angelos fuisse redemptos sanguine Christi non a pe-

cato, quod commisissent, sed ab eo, quod possent committere, iuxta illud (Apo. 12): *Ipsi viderunt eum propter sanguinem Agni, qui, ut dicitur in eadem Apocalypsi cap. 13, occisus est ab origine mundi.* Ecce, angelus, etiam captivum non fuerint, nihilominus Christi sanguine redemptos vocat d. Bernardus: cur non ergo Virginem dicemus redemptam, etiamsi peccatum non contraxerit? redimere enim non praesupponit captivitatem, iuxta illud Pauli (Ephes. 5): *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Certum quidem est, tempus praeteritum semel amissum redimi, aut reparari non posse. Quare redimere tempus iuxta Paulum nihil aliud est, quam cavere, ne tempus amittatur: ita ergo redimere Virginem non est eam a peccato, vel servitute, in qua esset constituta, liberare, sed tantum cavere, ne in talem servitutem deveniret: et dixit regius Vates (Psal. 43): *Qui redemisti David servum tuum de gladio magno; ibi enim est punctus in hebraeo: Ecce David fateatur se redemptum, et liberatum a gladio gigantis, vel Saulis, non in quem incidisset, sed in quem incidere, nisi a Deo liberaretur, et praeservaretur: et ait David (Psal. 85): *Ervisit animam meam ex inferno inferiori, non quidem in quem venerat, sed in quem veniret, nisi a Deo specialiter custodiretur.* Pari ergo ratione licebit philosophari in praesenti, Virginem vere redemptam fuisse, non a captivitate, in quam incurrisset, sed ab ea, quam incurreret, si per merita divina gratiae non praeservaretur. D. item Dionysius (cap. 2 de Ecclesiast. hierarchia) ait: *Angeli purgantur ab ignominia, ubi Lincolnensis ait: Illis primis substantiis divina scientia est velut purgans non a sorte, quae inficit, quae apud nos dicitur vera purgatio, sed, ne insit, obstant; quod genus purgationis est secundum veritatem optimum.* Ad idem facit illud Malachiae cap. 3, ubi loquens de glorificatione sanctorum ait: *Purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum: et Lucae cap. 2: Impletum est tempus purgationis Mariae: et tamen sancti in gloria, et beata Virgo, quae susceptione seminis non conceperat, omni macula purganda carebant.* Exodi etiam (c. 13) habetur: *Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. Cumque interrogaverit te filius tuus curas, dicens, quid est hoc? respondes ei: In manu forti educavit nos Dominus de terra Aegypti, de domo servitutis: ecce quilibet post mille annos ab egressu Aegypti debet beneficii se esse redemptum, vel e ductum de domo servitutis aegyptiacae, non quia ibi unquam fuisset, sed quia, nisi redemptus fuerat tempore patrum suorum, ipse fuisset subiectus servituti: notanda sunt illa verba (Proverb. c. 23): *Tu virga percussit eum, et animam eius de inferno liberabis.* Alia etiam pene infinita loca sunt in sacra Scriptura, ex quibus aperte constat, quod redemptio extendit se ad praeservationem. Deinde urgenti ratione idem ostendo. Nam Magister (in 3. dist. 19) ait, Christum Dominum redemisse mundum a morte aeterna: constat autem nullum redimi hoc modo, nisi praeservatum illum, non vero eructum eum a morte aeterna, in quam acta incurrisset: si enim necessarium esset incurrisse in peccatum, a qua quis**

redimitur, et liberatur, nullus fidelium possit dici a poena aeterna redemptus per Christum: item d. Paulus (ad Galatas cap. 3) ait: *Christus redemit nos de maledicto legis; sed constat, nos nunquam fuisse sub maledictione legis, hoc est, sub gravi illo onere, et servitute veteris legis, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, ut dixit d. Petrus (Act. 15); et nihilominus dicimur a d. Paulo redempti, et liberati ab illo: ergo non est necessarium actualiter iacuisse sub servitute, et captivitate, ad salvandam veram rationem redemptionis.* Modus etiam loquendi Ecclesiae idem confirmat: nam saepe illa postulat liberari a peccatis, a poenis inferni, a porta inferi; et tamen non supponit haec mala futura esse, et quod postea velit ab eis liberari, sed postulat, ne eveniant, et id vocat, ab eis liberari. Ac tandem universaliter verissimum est propriam redemptionem, et liberationem esse, quando quis liberatur a malo imminenti, in quod necessario incidere, nisi praeveneretur: et hinc est, quod bene fortunatus dicitur, qui a quodam malo imminenti liberatur; sicut e contra infelix, qui a bono aliquo iam iam obtinendo adversa fortuna fraudatur. Nemo igitur negabit, eum, qui liberatur a malo aliquo imminenti, antequam in illud incidat, non solum vere liberari, sed et multo perfectius, quam si in illud incidisset. Fateamur ergo necesse est, Deiparam Virginem non solum redemptam a Christo Domino, sed excellentiorem redemptionis modum obtinuisse, quam reliqui omnes, cum ab eo praeservata fuerit ab omni macula mali peccati originalis, quam actualis. Unde melius, quam David dicere potuit illud (Ps. 58): *Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius praecavet me.* Hinc rei veritate compulsi Durandus et Caietanus, licet contrariam sententiam amplexati sint, huic tamen veritati subscribere: ille enim (in 3. dist. 3. quaest. 1) ait: *Puto, quod si beata Virgo peccatum originale non contraxisset, posset tamen vere dici redempta a Deo, pro eo quod in radice sua ex natura suae conceptionis obligata erat ad incurrendum peccatum, nisi fuisset a Deo praeservata.* Caietanus vero (3. par. quaest. 23. art. 2): *Si tenetur, inquit, beatam Virginem non ex vi conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animae praeservatam fuisse ab originali peccato, quod tunc incurrisset, nisi illa gratia adfuisset, nihil contra fidem tenebit; sed specialis modus redempti, ac salvandi a peccato originali Christo attribuitur respectu suae Matris.* Haec insigne isti duo doctores, et cardinales ex familia divi Thomae.

Sed perge iam explicare, quid intersit inter Christum, et Virginem, quantum ad carentiam peccati originalis.

Certe si theologico, et scholastico more loquamur, uno verbo explicare possumus discrimen inter carentiam peccati originalis in Christo, et in Virgine: in illo enim carentia habebat rationem purae negationis, quia non erat subiectum capax peccati, cum per naturam, in quantum Deus, et per gratiam unionis hypostaticae, in quantum homo, esset impeccabilis; carentia vero peccati originalis in

## HOMILIA XVIII.

*Permultis moralibus rationibus concionatorio muneri aptissimis illibatam Deiparae Mariae conceptionem non parum stabilimus.*

## § I.

## EX MORALIBUS RATIONIBUS

Cum d. Augustinus (in serm. de Assumptione Virginis) affirmet, quod ubi Scriptura dicitur non virgine a illa commemorat, inquirendum est, quod conveniat rationi; *falsae ipsa ratio auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas: cumque lib. 3. de libero arbitrio dicit: Quidquid tibi vera ratione faciendum occurrerit, scias, Deum fecisse bonorum omnium conditorem; operae pretium duxi varias cogere rationes, ab ipso solo rationis lumine petitis, ut inde facile coniciamus, Conditorum ipsius rationis talem, ac tam immaculatam condidisse Matrem suam, qualem ratio ipsa postulat, qualemque tantum Filium decebat: ea enim, quae veniunt ex bona coniectura, vera esse dicuntur, ut docet textus (in 1. fin. de probationibus).* In primis ergo a sufficienti partium enumeratione videtur facile persuaderi immaculatam Virginis conceptionem: nam, vel Deus non potuit Matrem suam a labe peccati originalis praeservare; vel non voluit; vel tandem potuit, et voluit: at dici nequit, quod non potuerit, tum quia Iob (c. 41) dicitur: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es, in tempore etiam qui, sicut angelus, et si primos parentes creavit in gratia, etiam potuisset in eadem Matrem suam creasse, et sic nunquam fuisset labe peccati infecta. Nec iuvat respondere, ipsam descendere per naturalem propagationem ex primo parente, atque adeo supposito pacto Dei, quod si Adam perserverasset in iustitia originali, omnes eius filii illam haberent; si minus, illa careret, et peccatum originale contraherent, non poterat Virgo non illud contrahere: hoc, inquam, non obstat, quia potuit Deus, praevidens, quod futura erat Mater sua, in eo puncto excipere beatam Virginem; vel si non excepit, saltem potuit infundere gratiam in eius animam, antequam contingeret carnis infectum, vel alio modo illam praeservare: ergo tunc non contraheret peccatum originale. Non etiam potest dici, quod Deus noluit, tametsi potuit, Matrem suam praeservare a praedicto peccato; nam, si ipse dixit (Matth. cap. 5): *Non veni solvere legem, sed adimplere, et constat, legem esse naturalem, et divinum de honorandis parentibus (Ecod. 20. Dent. 5. et Matth. 25); evidens est, Christum Dominum illam observasse; quod tamen secus esset, si in originali peccato Matrem labe permitteret, a quo facile eam praeservare potuisset: hoc enim fuisset, valde illam inbonorare. Et quidem, si, prout docet textus in lege, si quis a liberis §. si impubes. ff. de lib. agno. iniquis-**